



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Paulus Eremita. Fiducia in Deum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. PAULUS EREMITA.

Fiducia in Deum.

Deus, qui corvi ministerio S. Paulum
in eremo pavisti; aufer à nobis curam
omnem victus superfluum; ut paternæ
tuæ providentiæ confidentes, expedi-
to corde nostrum tibi devotum exe-
quamur famulatum.

Ora pro nimium sollicitis,



PAVLVS, in Thebaide inferiori natus
 parentibusque orbatu an. 15 ætate
 causa declinandæ persecutionis Deciana
 primum in villam ad sororem, deinde in
 interiorem eremum secessit; ubi speluncam
 tectum; palmâ, victum ac vestitum; for-
 te, potum præbentibus; corvo etiam
 an. æt. 53 dimidium quotidie panem affe-
 rente, vixit usque ad an. æt. 117. Tunc
 nonagenarius Antonius divino monitu
 quæsitum reperit, & refectus est pane
 quem eo die integrum attulerat corvus; &
 deinde revertens cum pallio, quod suæ sepul-
 turae Sanctus quæri mandaverat, mortui
 tum invenit; leonibusque iuvantibus tur-
 mulavit, an. 341. Constantinopolim postea
 allatum corpus, atque inde Venetias, de-
 mum an. 1240 Regi Hungariæ Ludovico
 donatum est, & in Laurentiano prope Budam
 monasterio, usque ad civitatem à Tur-
 cis occupatam, in honore magno fuit: ubi
 etiam in ejus nomen instituta Eremita-
 rum Congregatio, an. 1263 Regulam
 S. Augustini suscepit.

*Nolite solliciti esse, dicentes; Quid manduca-
 bimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur?
 scit enim Pater vester, quia his omnibus
 indigetis. Math. 6.*